

Afiong et calvāria fābula Nigerica

In Nigeriā habitat puella, nōmine Afiong. Afiong est pulchra, sed parentibus nōn oboedit. Multī virī volunt dūcere eam in mātirimōnium, sed Afiong nōn vult. Afiong tantum vult pulcherrimum virum.

In terrā mortuōrum est calvāria, quī dē Afionge audit. Calvāria quoque vult dūcere eam in mātirimōnium. Itaque amīcī calvāriae dant eī vultum, bracchia, crūra, et totum corpus. Mox calvāria est pulcherrimus.

Afiong calvāriam videt et statim est capta amōre. Parentēs nōn volunt Afiongem dūcī in mātirimōnium quod nesciunt hunc virum, sed Afiong nōn oboedit.

Mox calvāria Afiongem fert ad terram mortuōrum. Postquam ad terram mortuōrum venit, tamen amīcī calvāriae veniunt et volunt vultum, bracchia, crūra, et totum corpus. Mox calvāria nōn habet corpus, sed tantum est calvāria!

Calvāria Afiongem fert domum ad mātrem ēius. Māter est parva et infirma. Afiong cibum coquit et mātrem cūrat. Calvāria Afiongem tenet multōs diēs. Iam māter Calvāriae inquit, “Hominēs in terrā mortuōrum sunt anthrōpophagī. Mox tē consūment. Mihi placēs et nōlō tē mōrī. Venēfica sum. Vocābō auram quae potest ferre tē domum.”

Itaque māter auram vōcat. Nōn venit aura, tamen, sed magna tempestās. Tempestās est nimis magna et fortis et nōn potest ferre Afiongem domum.

Iam anthrōpophagī, olfacientēs hominem, ad iānuam calvāriae venit. Anthrōpophagī domum intrāre temptant.

“Māter,” Afiong clāmat, “mē iuvā!”

Tandem māter auram vōcāre potest et statim venit aura. Aura ab anthrōpophagīs Afiongem fert. Pater Afiongis est laetissimus. Iam pater fert Afiongem ad amīcum. Amīcus patris, nōmine Uche, est vir pulcherrimus et bonus. Afiong est capta amōre et mox Uche eam in mātirimōnium dūcit.